



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Vale[n]tio presbytero. Cap[itulum]. ci.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

## De sanctis quorū certa dies cele. igno. Fo. cccij.

contundi: atq; inde quantumlibet parum  
ofes eriens sibi deferri. Quod in paruo va-  
sculo sibi delatū ante altare posuit: cunctisq;  
egressus orauit: atq; postmodū adscitis fra-  
tribus oleum illud modicum per cuncta mo-  
nasterij vasa exigue infundi iussit. Que pro-  
tinus: vt erant vacua: claudi fecit. Die vō  
altera aperta omnia vasa plena oleo reperta  
sunt. Sanctus autē vir post laudabilia mul-  
tarum virtutum opera dormiuit in domino.  
Hec gregorius vbi supra capitulo septimo.

De sancto Martyrio cōfessore. Cap. xcviij.

**M**artyrius confes-  
sor in valere prouincia sanctita-  
te et miraculis claruit. Qui tale  
de virtutis sue testimonio si-

gnum dedit. Dum quadam die fratres eius  
subcinericium panem fecissent: eius signum  
crucis imprimere obliti essent: sicut i ipsa p-  
uincia erudi panes ligno signari solent: vt p-  
quadrās quattuor quodammodo partiti vi-  
deantur. Idem dei famulis affuit: eiusq; re-  
ferentibus non fuisse signatum agnouit. Eū  
q; iam pumis et cineribus opertus esset: si-  
gni crucis digito cōtra pumias edidit. Quo  
signante protinus panis immensum crepi-  
tu dedit: ac si in ignibus olla crepuisset. Qui  
postmodum coctus: et ab igne subtractus: ea  
cruce signatus inuentus est: quā non tactus  
sed fides fecerat. Hec gregorius vbi supra  
capitulo vndecimo.

De sancto Dacio episcopo. Cap. xcix.



**D**acius  
episcopus me-  
diolanen. apd  
ipsam ciuita-  
tem claruit tē-  
pore iustiniani, i peratoris.

Qui dum causa fidei erat  
ad constantinopolitanam vr-  
bez pergeret: coxinthumq;  
venies largam domum pro se et eius comiti-  
ua ad hospitadū quereret: et vix iueniret: vi-  
sam eminus domum congructis magnitudi-  
nis sibi ad hospitium preparari iussit. Cum  
vō incole loci ei dicerent in ea hunc manere  
non posse: quia multis iam annis eam diabō-  
lus inhabitauit: atq; ideo vacua remansit. Vir  
sanctus ideo magis in ea debere velle hospi-  
tari respondit: vt sui aduentum malignus ef-  
fugatus spiritus domum hominibus iterum  
habitandam dimittat. In ea igitur sibi para-  
ri fecit: securusq; hostis antiq; certamina to-  
leraturus intrauit. Noctis autem silentio dū  
vir dei quiesceret: antiquus hostis immēsis  
vocibus cepit imitari rugitus leonum: bala-  
tus pecorū: mugitus boum; ruditus asinorū:

sibila serpentum: porcorum stridores et fori-  
cum. Cum repente dacius tot bestiarum vo-  
cibus excitatus: surrexit iratus: et contra de-  
monem magnis vocibus cepit clamare: eidē  
q; exprobare: q; bene ei cōtigitset: vt qui di-  
rerat. Nonam sedem meam ab aquilone: et  
ero similis altissimo. per superbias eius simi-  
lis porcis et asinis factus esset. Et qui deū in-  
digne imitari voluerat: vt dignus erat: besti-  
as imitabatur. Ad quā vocem ac deiectionē spi-  
ritus malignus adeo erubuit: q; protinus con-  
tuit: atq; eandem domū ad exhibenda mō-  
stra consueta ulterius non intrauit. Sicq;  
postmodū fidelium habitaculus facta ē. Hec  
gregorius tertio dialogo capitulo quarto.

De sancto Argentario mo-  
nacho. Cap. c.



**A**rgentari<sup>9</sup> mo-  
nachus apud ciuitatē aur elia-  
m claruit. Qui vir sanctissi-  
mus vita et miraculis effulsi-  
t: habitumq; quem pretende-  
bat specie: mouit et plebat.

Hic ab argentario monte a quo nome sortis-  
tus est apostolorū limina rome reuiscenda an-  
nis singulis venire cōsueuerat: et venies ad  
quendam subdiaconum quadragesimum no-  
mine: qui in montibus oues pascebat: sepius  
hospitalitatis gratia declinabat. Eū autē se-  
mel hospitiū huius quod non longe erat ad  
ecclesia intrasset: cuiusdam paupercule mu-  
lieris maritus iuxta defunctus est. Quē cilē-  
cio et more indutu: superueniente sero sepe-  
lire nequiverit. Cum ergo vidua mulier iux-  
ta defuncti corp<sup>9</sup> nocte sederet: et magnis fle-  
tibus et lamētis dolori satisfaceret: nec a la-  
mentis cessaret: vir dei argentarius dolori il-  
lius cōpassus: assumpto quadragesimo ad ec-  
clesiam perrexit: seq; in oratione dedit. De-  
inde ab altaris crepidine puluere collegit: et  
cum socio ad defuncti corpus accessit. Et cum  
ibi ambo diutius orassent ipse surrexit: bene-  
dictione dedit: et reuelatam defuncti faciem  
que sudario opta fuerat: aspiciente vroz ac  
mirate: puluere quē detulerat fricauit. Qui  
dū fricaretur: aiā recepit: oscitauit: oculos  
aperuit: seq; eleuans resedit: ac si de graui  
somo excitatus fuisset. Quod mulier cer-  
nens cepit ex gaudio magis flere: sed vir do-  
mini eam: vt taceret compescuit: mandans vt  
si quis eam quereret: qualiter hoc factū fuisset:  
diceret: quia dominus iesus christus hoc  
fecisset. Et cōtinuo ab hospicio exiit: quadra-  
gesimum reliquit: et tēporalem honorem fugi-  
ens: in loco illo ultra non comparuit. Hec  
gregori<sup>9</sup>. iij. dialog. cap. xvij.

De sancto Galerio presbyte-  
ro. Cap. ci.

**Valenti**

us presbyter apud puinci am halerie floruit. Qui cum clericis

suis dei laudibus bonisq; operibus intentus: sancte conuersationis vitam duxit. Superueniente autem uocationis eius die defunctus est: atq;

ante ecclesiam sepultus. Eius uero ecclesie caule omnium ineberebat: atq; idem locus in quo sepultus est: ad easdem oves tendentibus iter erat. Quadam autem nocte fur quidam uenit: et ingressus caulas ueruecē tulit et cōcietur exiit. Sed dum puenisset ad locum ubi scitū uir iacebat re pēte hesit: et gressus mouere nequit: ueruecē de loco deposuit: eiq; dimittere uoluit: sed manu lacare nō potuit. Sicq; cū pēda sua re et ligatus stabat: nec ueruecē poterat dimittere: nec cū eo accepto exire. Ifactosq; mane gressi ab ecclesia clericum hominē ueruecē tenentē inueniūt: et an animal auferre an offere uenisset: dubitare ceperunt. Ille uero culpe reus citius indicauit penā. Dirati omnes quia uiri dei ibidem iacetis fuisset uirtute ligatus se pro eo in offonē dederūt: suisq; precibus obtinuerūt: ut qui res eorum uenerat rapere: uel saltē uacius posset exire. Hec ubi supra capitulo. rxi.

De abbate quodam sancto.

Cap. cii.

**Abbas quidam san**

ctus cuius nec nomen expressus in uenio claruit in monasterio quodam beati petri apostoli. Quod situm est in mote prenestine ciuitati pminēte. Qui monachū quēdam nutriendū ad reuerendos prouexit mores. Quē cum uidisset in timore domini excreuisse in eodē monasterio fecit illum in presbyterū ordinari. Qui post ordinationē suam: quia non longe abesset eius erit? reuelatū ē: idcirco ab abbate petijt ut sibi sepulchrum pararet. Ille uero eidē presdixit: q̄ ante eū se moriturū preuenerat: sed tamen eidem concessit: ut sicut uellet. sepulchrum sibi pararet. Recessit igitur et preparauit. Sed post multos dies abbas febre preuentus ad extrema deuenit: atq; presbytero suo iussit: ut in suo sepulchro se poneret. Cūq; ille diceret: q̄ ip̄s mori secuturus esset: et sepulchrum utriq; capere nō posset. Abbas respondit: q̄ secure faceret: ut dixerat: quia sepulchrum suū abos capiebat. Defunctū itaq; abbatem in sepulchro quod sibi presbytero parauerat posuerunt. Morq; et presbyterum ligno: corporis securus est: et post modicum

vitā finiuit. Cū autem ad sepulchrum quod sibi parauerat corpus eius esset delatum: eoq; apertō uiderūt astates: locū non esse ubi poni potuisset: q; corpus abbatū oē illud sepulchrum teneret. Tūc unus ex fratribus abbatū defuncto quasi ip̄operare cepit: q̄ uerbum ei quod predixerat deficeret: eo q̄ sepulchrum abos nō caperet. Ad cuius uocē subito cunctis uidentibus: abbatū corpus quod supinū iacebat: se uertit in latere: et uacantē locū corpori presbyteri prebuit: et quia utrosq; caperet sicut uiuus p̄miserat: mortuū impleuit. Hec gregorius tertio dialogorum capitulo. rxi.

De scto Acontio cōfessore.

Cap. ciii.

**Acontius**

confessor apud urbē romā claruit: qui basilice p̄ncipis apolorū custos siue mansionarius fuit: uir magne humilitatis atq; grauitatis deo oī potenti fideliter seruicēs: et miraculorū signis effulgēs.

Nam cum quedam puella paralytica in ecclesia beati petri permanēs: manibus repereret: et dissolutis renibus corpus per terrā traheret: atq; ut sanari mereretur: dudū a beato petro aplo petisset: nocte quadā eidē peruisionem asstitit: eiq; iussit: ut iret ad acotium mansionariū: ipsumq; rogaret: qui ip̄i salutē restitueret: illa de tāta uisione certa: sed q̄ esset acotius ignorās: cepit se p̄ ecclesie loca distrabere: et q̄ esset acotius uestigare. Cū cū ille factus esset obuiā: et interrogat se acotium esse dixisset. Illa eidē exposuit: qualiter beatus petrus ap̄lus illā ad ip̄m miserat: ut ab infirmitate ip̄as liberare deberet. Et ille continuo iussit: ut in nomine xpi et miterēis surgeret: eiusq; manu tenuit: eaq; sanā. primus erexit: ita ut solutionis illius signa nulla ueterius remanerēt. Hic post alia sanctitatis opera utiq; laudabilem romē in pace quietuit: et sepultus apud beati petri basilicā in uirtutibus uiuit. Hec ubi supra libro tertio capitulo. rxi.

De scto Sanctulo presbytero.

Cap. ciiii.

**Sanctulus**

presbyter claruit in nusia p̄uincia tēpore beati gregoriū pape primū: et sanctissime uite fuit et miraculorū gl̄ia radiant. Nā q̄daz tpe dū in p̄ribus illis longobardi oliuas in p̄lo pres